

N.º de Registo 359

Estante 1


Prateleira 4

N.º de Ordem 1

EX LIBRIS



S. SCHWARZ



359/8-G-3

Registo 359
Estante 6
Prateleira 3
N.º de Ordem 26

דָקְדוֹק לְשׁוֹן הַקְרֵבָה

HOC EST:


GRAMMATICA LINGUÆ SANCTÆ

A MULTIS SCRIPTORIBUS EXCERPTA,
SED IN VOLUMEN UNUM REDACTA

P E R

D. JOANNEM AB INCARNATIONE,

*Canonicum Reg. Cong. Sanctæ Crucis, in Sacra Theolog. Ma-
gistrum Emeritum, in Academia Doctorem, ac publicum
Linguæ Sanctæ Professorem in eadem Academia
Conimbricensi.*



CONIMBRICÆ:

TYPIS ACADEMIÆ M.DCC.LXXXIX.

*Permissu Regiæ Curiæ Commissionis Generalis pro Librorum
Examine, ac Censura.*

Taxatum hujus Voluminis pretium est 1600 R.

INSTITUTO DE HISTÓRIA
NACIONAL E MUSEU

ДОЛГИЙ МАЯ Г

ВЕЧНЫЙ СВЯТОЙ ГІРІ

СВЯТОГО ПІДОЛЯ

СВЯТОГО ПІДОЛЯ

ДОЛГИЙ МАЯ ГІРІ

СВЯТОГО ПІДОЛЯ

СВЯТОГО ПІДОЛЯ




2 Set 2015

346 52

MARIÆ PRIMÆ REGINÆ FIDELISSIMÆ

PRO CLIENTELÆ TRIBUTO.

 *ARS idiomatis Hebraici , quam in Academia Conimbricensi Theologiæ Candidatis tradendam JUSSU TUO Munificentissimo suscepi , AUGUSTISSIMA IMPERATRIX , ut in lucem edita publicæ utilitati serviat , & a Literatorum Republica existimetur , TUO ILLO inclarescat NOME necessum est , quo fuit Nostratum Scholis instaurata , quoque Artes omnes , ac Scientiæ toto quo patet orbe Lusitano sub TUIS Felicissimis AUSPICIIS cultæ perficiuntur.*

Id quod cum in præsens commune est reliquias quibuscumque disciplinis, quarum progressu. TUA continuo REGIA instante AUCTORITATE indies augescimus, & gloriamur, tuam jure arctiori postulare lingua Hebraica visa est, utpote quam sibi Religio conjunctissima necessitudine, & quadam quasi cognatione devicit. Sermo enim Hebraicus sacrarium illud est intaminatum, quo Divina eloquia sanctissime custodiuntur, & ut sunt ore Supremi Numinis proleta primigeniis expressionibus patefiunt. Hoc autem quantum sit, ut a TE pro Regia in Deum caritate, atque amplitudine excipiatur, ignorunt (quis vero nesciat?) queis notum est, atque perspectum, quidquid Pietatis est, quidquid ad amplificandam Dei, & Ecclesiæ gloriam TE semper in columnen, & Exemplar habuisse.

Igitur linguae isti Sanctæ patrocinari, urgere studia, ejusque peritiam ab Academicis exigere, pro eo quod in TE dilabitur cœlesti lumine, TUUM duxisti, IMPERANTIUM MAXIMA, & Parentis desideratissimi insistens vestigiis, & TUO in Religionem amore vehementissime incensa: quæ quidem ita me ab initio incepti operis jucundis-

dissima erexit cogitatio , ut nec verear ne
M A J E S T A T I T U Æ libelli bujusce tenui-
tas displiceat , quæ in rebus Religionis ni-
bil non grande arbitratur ; nec dubitem **A U-**
G U S T I S S I M U M N O M E N T U U M bu-
juscemodi opellæ id splendoris impertiturum ,
quo veluti signato numo , ad literarum com-
mercia , si minus æris valor , Regia certe
nota plurimi erit facienda. Est itaque **T I B I** ,
F I D E L I S S I M A R E G I N A , per Majes-
tatem ut possis , per Bonitatem ut velis , per-
que Religionem ut magno Æstimes Artem
Hebraicæ Grammatices ad Aram Regii Pa-
trociniꝫ receptam benevolenter intueri.

In genua provolutus

D. Joannes ab Incarnatione.

DO-

Dominus Joaquimus a Maria Sanctissima, Prior Generalis in Congregatione Canonicorum Regularium per Lusitaniæ Regnum, Antistes in suo exemplo, & separato Territorio Nullius Diœcesis cum jurisdictione quasi Episcopali immediata Sedi Apostolicæ, Cancellarius Academiæ Colimbriensis, &c.

Facultatem facimus, ut Grammatica Hebraica a D. Joanne ab Incarnatione, ejusdem Congregationis Canonico disposita, & a Canonicis doctis approbata, typis mandetur, in cuius rei testimonium hujusmodi literas dedimus, sigillo Congregationis munitas. In Regio Monasterio Sanctæ Crucis die 15. Maii anno 1788.

Domnus Joachim a Maria Sanctissima

Domnus Prior, Generalis, Cancellarius.

Domnus Josephus a Rosario

Collega Visitator.

D. Cajetanus ab Annuntiatione

Collega Secretarius.

Loco  Sigilli.

A L-

Page 26 of 31

Coffee Substitute

D. Collection of Vanuatu

Domestic & Religious Duties

ALLOCUTIO PRÆVIA.

POST Compendiorum multitudinem, quæ pro diversis temporum ætatibus, ut *scholis inservient*, qua zelo, qua studio, qua labore viorum, qui in sapientum consessu inter Primarios sedent, ac in rimandis linguae Sanctæ mysteriis nemini impares, paulatim orbis faciem oppetuere, temerarium (ne plus dieam) videbitur, eandem denuo tentare provinciam, falcemque in ipsammet immittere segetem.

Id sane, mei conscius, cui comparari cum illis non ferenda esset temeritudo, somnialem numquam, nisi geminata, crebroque repetita vota illorum, qui primigeniam linguam, non perfunctorie, ut dicitur, sed medullitus callere satagunt, nedum me invitarent, sed quodammodo & vim facerent, & ex parte contrixissent. Illorum voces (potius dicerem querimonias) resonare non semel sum expertus. Quorsum (aiebant ipsi) quorsum hæc tendunt, quæ, instante frequentia, auditu recipimus; quæque & compendia nobis neutquam subministrant? Profecto, ut mens nostra profundioribus linguae sanctæ informetur notionibus. Ast, tanta est humanæ mentis tenuitas, ut illa diu retinere non possit, nisi pro subsidio Grammaticam attrahemus, eisdem instructam, ac refertam. Sed, ubinam Grammatica ista? Bibliopolæ aut denegant, aut illos fugit: sibi soli, siquam tenent, consulunt bibliothecæ: sub arctis sigillis in suis scriniis custodiunt longe a nobis dissitæ regiones. Siquid tamen, veluti furtim raptum, apparet volumen, quod illa ex parte possit in memoriam revocare, tot tantisque circumvolvit umbris, circumsepiturque obscuritatibus, ut qui linguam sanctam salutare incipiunt, vix inde aliquod emolumentum expiscari possint.

Cum hæc repetito aures percussissent, de Gramma-

tica, quæ illorum votis satisfaceret, deliberare cœpi. Sed hoc opus, hic labor. Quanta solertia, quantaque dexteritate opus est, ut in tuto reposita concilæ Grammatices, utilitate, studiosi ulterioribus non defraudentur; propinentur eisdem profundiores notiones; nodosa dissolvantur; aperiantur penetralia; ac secreta patescant?

Quonam pacto ista possent secum componi, serio diuque perpendi: utrumque tandem (& compendii utilitatem simul ac locupletiores notiones, quas compendiaria tradendi methodus sustinere non potest) consequi sum opinatus, si Grammatica in lucem evulganda, in partes ita distribueretur, ut *prima* notionibus tantum, ac præceptis generalibus primo instrueret illos, qui ad ostium stantes aperiendum pulsant; cutim solum, non, ipsa scissa, medullam degustandam offerret eisdem; non exceptiones, non profundiora, secreteaque tangeret; quæque candidatos ipsos in limine implicarent, ac terrerent potius, quam levarent, atque promoverent. Secunda vero *pars* eos incitaret, ut memoriæ commendent, absque ulteriori gravamine, verborum paradigmata. Semel ipsis instructis, atque informatis, quod brevi dierum intervallo contingere solet, & præceptis generalibus in prima parte, & verborum paradigmatis in secunda, possunt absque temporis dispendio admitti, ut sacrum codicem a longe incipient salutare.

Inter cancellos istos, si forte non decipior, concluditur unica compendiorum utilitas. Ast, multa, & quidem uberrima, queis in adipiscendis tempus terere supervacaneum non erit, in eisdem desiderantur; quæ si aufugerint, linguae sanctæ cultores nihil minus capient, quam idioma ipsum, quod excolunt. Iстis, quantum fieri potuit, evolvendis, atque eviscerandis, in præsenti Grammatica deputatur *tertia* & *quarta pars*. Sunt equidem istæ priorum complementa. Nec *prima* absque *quarta*, quæ perficit illam, ac comple-

plet ; nec secunda sine tertia , in qua eidem paratur supplementum , aliquid solidæ utilitatis generare poterit .


Verum , si linguae sanctæ excultores primam cum quartæ conferant ; & secundam cum tertia , prout in eisdem insinuatur ; & quæ , instante frequentia , didicere , firmiter tenebunt ; & altioribus adhuc ditabuntur . Ex Hebraicis fontibus puras aquas haurire poterunt ; & connaturalem humanæ menti aviditatem abunde satiabunt . Nisi mea non fallit opinio , puto , per Grammaticam modo in lucem editam , in tuto conservari inter primæ , ac secundæ partis angustias compendiorum utilitatem ; necnon per tertiam & quartam obviam ire detimento , tam communi quam extirpatu difficulti , quod Grammaticæ nimis concisæ solent parturire .

Quia vero sub sole nullum viget , aut viguit umquam idioma , quod pro nationis indole , ac gitu peculiares sibi non adoptet loquendi phrases , ne ipsis præsens defraudetur Grammatica , eisdem dicatur quinta pars , quippe quæ *Idiotismos* , *Hebraismosve* , quos frequens usus consecrare solet , & recensset , & revolvit .

Hæc sunt , quæ mecum diu perspendi , ut , si fieri possit , aliorum votis satisfacerem . Prout illa concepi , sedulo adimplere curavi . Bustorium , Guarinum , Schultentium , quos veluti primipillos veneror , multis in locis , oblata opportunitate , totidem pene excripsi verbis . Glafsum , Noldium , Breitingerum , & quotquot ad manum habere potui , frequenter coerulebam ; quiique non modicas attulere suppetias , ut incumbentem , instantemve Grammaticam in nationalium subsidium consarcinarem ac proventum . Utinam meis votis non desit eventus . Utinam labor , talem qualem pro publica utilitate subire suscepi , fructus , quos exopto , uberrimos colligat .

Etsi in methodu cum indivulsa comite claritudine pro viribus inhiavi semper , id tamen assecutum me profiteri non audeo ; nec feliciorem illis me puto , qui idem

ante navigarunt pelagus. Istorum labores, quamvis magna dignos veneratione, eruditione simul ac utilitate refertos, conspersos tamen passim obscuritatibus, non facile dissipandis, conspexi semper & conspicio. Quibus de caassis, multa, & gravi quidem correctione digna, in hoc opusculo offendent erudit. Sed ingenuus lector id in probrum vertere non solet. Non enim omnia possumus omnes; nec inter mortales communem spirat aera, qui sit ex omni parte beatus. Hebraicum idioma per tot anfractus, interque tot lubricas vias discurrat, ut illius tractatoribus difficile admodum sit, tutam semitam sine offendiculo ubique terere.



GRAMMATICÆ HEBRAICÆ

PARS PRIMA.

*Ubi in Compendio traduntur, quæ primis temporibus
memoriæ mandari debent.*



C A P. I.

De primariis elementis Hebraicæ Linguae.

MAGNAM terrarum orbis sibi utilitatem comparavit inventu literarum, sive characterum, quibus voces significantes confici potuissent. Mirabile istud artificium, natura ipsa impellente, invexerunt homines, tum ut cum absentibus commercium adinvicem frequentarent, cum ut res gestas, ne illas umquam obliteraret ætas, posteritati mandarent. Unaquæque Natio Syllabum sibi confecit literarum, quæ totidem sunt elementa, ex quibus significantes voces coalescunt. Hebraicum Idioma viginti duo in suo Syllabo computat signa, quæ sequens offert Tabella. In prima collumna ad sinistram exprimitur literarum forma, ac figura. In secunda nomina, quibus unaquæque litera solet apud Hebræos nominari. In tertia Romana conspicuntur Signa, cum quibus Hebraica permutantur. In quarta earundem literarum potestas apud latinos. In quinta illarum valor quantum ad numericam supputationem. In sexta denique earundem literarum motio.

§. I.

De literis consonis.

<i>Fig.</i>	<i>Nomina.</i>		<i>Potestas.</i>		<i>Motio.</i>
א	אֵלֶף	Aleph	a	1	Movetur per spiritum valde tenuem
ב	בִּתְ	Beth	b	2	Movetur sicut b apud latinos
ג	גִּימֶל	Gimel	g	3	Movetur sicut g ut <i>Gaspar</i>
ד	דָּלֶת	Daleth	d	4	Movetur sicut d ut <i>docuit</i>
ה	הָאָ	He	h	5	Movetur sicut h ut <i>homo</i>
ו	וּ	uau	v u	6	M.modo, ut u, modo ut v, modou <i>oau</i>
ז	זִין	Zain	z	7	Movetur sicut z, ut <i>zizania</i>
ח	חַתְ	Cheth	ch	8	Movetur sicut χ apud Græcos
ט	טִיתְ	Teth	t	9	Movetur sicut t ut <i>templum</i>
י	יֹודְ	Iod	i	10	Movetur sicut i <i>vocale</i>
כ	כָּפֶ	Kaph	k	20	Movetur sicut κ apud Græcos
ל	לִמְדָ	Lamed	l	30	Movetur sicut l ut <i>lilia</i>
מ	מִםְ	Mem	m	40	Movetur sicut m ut <i>Magister</i>
נ	נוּן	Noun	n	50	Movetur sicut n ut <i>Natio</i>
ס	סְמִךְ	Samek	s	60	Movetur sicut σ ut <i>Sacerdos</i>
ע	עַיְן	Ain	a	70	Movetur spiritu valde aspero
פ	פָּאָ	Phe	phe	80	Movetur sicut φ apud Græcos
צ	צָדִיְ	Tzad	tz	90	Movetur per tz simul ut <i>tzanus</i>
ק	קֹוְ	Qoph	q	100	Movetur per q ut <i>quatuor</i>

Fis

<i>Fig.</i>	<i>Nomina.</i>		<i>Potestas.</i>		<i>Motio.</i>
ר	רִשְׁ	Resch	r	200	Movetur per r ut <i>Rex</i>
שׁ	שׁוֹשָׁ	Schin	sch		Movetur per sch ut <i>Schisma</i>
שׁ	שׁוֹשָׁ	Sin	f	300	Movetur per s ut <i>Sapiens</i>
תׁ	תׁוֹתָ	Thau	th	400	Movetur per th ut <i>Thebani</i>

2. Quinque ex ipsis literis consonis diversam solent formam induere, faciemque ostendere pro diverso, quem in qualibet dictione occupant, loco. Vel enim initium dictioonis formant; vel in medio, aut in fine dictioonis apparent. Si initiales fuerint, vel medium occupaverint sedem, nunquam eandem exuunt vestem, nec variant vultum. Si vero dictioinem claudant, illamque terminent, diversum offerunt aspectum, finalesque dicuntur; ut hoc veluti indiculo a seipsis discriminantur, quando alibi periuntur. Hujuscemodi literæ, quæ modo initiales, modo finales nuncupantur, ac pro diverso nomine diversam recipiunt formam, sunt *Kaph*, *Mem*, *Noun*, *Phe*, *Tzad*. Si qua ex his literis sit in initio, aut in medio dictioonis, hanc intuentibus offert faciem: ☚ *Kaph*; ☚ *Mem*; ☚ *Noun*; ☚ *Phe*; ☚ *Tzad*. Si vero dictioinem clauserit, haec erit illius forma: ☚ *Kaph*; ☚ *Mem*; ☚ *Noun*; ☚ *Phe*; ☚ *Tzad*. Ut uno comprehendantur intuitu, veluti se alternantes conscribi postulant.

Literæ initiales : ☚. ☚. ☚. ☚. ☚.

Literæ finales : ☚. ☚. ☚. ☚. ☚.

Finales literæ etiam inserviunt ad complendam numericam supputandi rationem hoc modo:

Kaph finale ☚. 500.
Mem finale ☚. 600.

A ii

Noun

<i>Noun finale</i>	נ.	700.
<i>Phe finale</i>	ף.	800.
<i>Tzad finale</i>	צ.	900.

Milliaria computantur per literas Syllabi secundum ordinem, & locum, quem in ipso occupant, superimpositis duabus lineis, ut hic visitur:

<i>Aleph</i>	א	1000.
<i>Beth</i>	ב	2000.
<i>Gimel</i>	ג	3000.
<i>Daleth</i>	ד	4000.
<i>He</i>	ה	5000. &c.

3. Non ferunt Hebræi, ut ultima lineæ dictio aliquam patiatur sectionem. Hujus rei gratia quinque literas per medium ita dilatare solent, ut finem lineæ una dictio ex integro compleat. Istiusmodi literæ ita extendi solent: נ aleph: ב be: ל lamed: מ mem: ר resch: ת thau. Nulla ex cæteris literis extendi solet.

4. Motio literarum apud Hebræos tam diversa est, quam diversæ sunt Regiones, quas incolunt. Discrimen hac super re observatur magnum Rabinos inter Orientales ac Occidentales. Quinimo, & Occidentales ipsi tantum inter se differunt, ut adinvicem colloquentes, unusquisque vocem fratris sui non auscultet. Pro regionum, quas inhabitant, indole, diversam Hebraici sermonis offerunt motionem. Nihil hac super re certo definiri potest. Idcirco, Sapientum vestigia prementes motionem, quæ ipsis congruentior videtur, adoptabimus. Quia motio ista, ut plurimum, circa certas, determinatasque versatur literas, istas solum indicabimus una cum motione, quæ congruentior videtur.

5. Sex in primis occurunt literæ, quas offert dictio ב ג ד ק ה begad-kephath. id est: *beth*, *gimel*, *daleth*, *kaph*, *phe*, *thau*. Inter Hebræos aliter moventur literæ istæ, quando in eorum medio quoddam imprimitur punctum,

etum, quod *dagesch* lene dicitur, ut בָּגְדָּפְתָּ, & aliter quando eodem destituuntur puncto, ut בָּגְדָּפְתָּ. Ab eunte praedicto puncto, quodammodo aspirantur praeditæ literæ; cum puncto vero asperius sonant, ab illisque removetur cujuslibet aspirationis umbra. Hinc, בָּ sonum excitat nostri *b*; גָּ nostri *g*; דָּ nostri *d*; כָּ Græcorum *k*; פָּ nostri *p*; טָ nostri *t*. Per discessum praedicti puncti singulæ aspirantur, illarumque motio ita exprimi potest; בָּ per *bb*; vel potius per *v*; גָּ per *gh*; דָּ per *dh*; כָּ per *kh*; פָּ per φ Græcorum; טָ per *tb*. Non defunt qui huic diversæ motioni ob impreßum punctum repugnant; & quantum ad כָּ congruentius videtur, ubique moveri debere ad instar φ Græcorum, quod non obscure indicat D. Hieronymus, quando Hebræorum Syllabum destitui insinuat litera *p*.

6. Litera וּ *uau* respondet aliquando Latinorum *v* sonanti, aliquando *u* vocali. Motionem *u* vocalis adoptamus. Siqui tamen illud ḥ movere voluerint per *uau*, non contradicimus. Suspicamur equidem hanc motionem potius convenire cum Rabinis Orientalibus.

7. Litera נּ, quemadmodum cæteræ guturales, admodum difficilis est motionis. Sunt qui per duplex *bb*, sunt qui per *ch* se expediant. Alii leve agnoscunt discrimen inter נּ & נַ. Mihi videtur sonum literæ נּ aliquantum accedere ad vocem emissam ab homine valde fatigato.

8. Inter literas sonantes quædam inter se tam affines sunt, ut vix secerni possint. Nisi discrimen istud (tale quale interjacet) serio perpendatur, inter vepres voluntabimus. Current linguæ Sanctæ studiosi discrimen istud probe calere. En literæ, quæ ob figuræ similitudinem confundi possunt.

בָּ *beth*. & כָּ *kaph*; Discrimen conspicitur in angulis, quos utraque litera format. Ad angulos obtusos declinat litera כָּ; dum rectos æmulatur litera בָּ *beth*.

גָּ *gimel*, & גָּ *noun*. Latus perpendicularare lineam attingit inferne, ibique cum latere transversali conjugitur, ut eformet literam גָּ *noun*. Aliter evenit in גִּיְ-

gimel ubi latus perpendiculare, & aliquantulum infra lineam descendit, & a latere inferno transversali segregari luctatur.

daleth, *resh*, & *kaph finale*. *Daleth* & *kaph* angulum eformant rectum; sed latus perpendiculare protenditur infra lineam in *kaph finali*; sistit vero in eadem linea, nec ultra procedit in litera *daleth*. Angulus obtusus inter latus transversale, & perpendiculare secernit literam *daleth* a litera *resh*.

נ, *נ*, & *נ*. Quicumque sedulo animadverterit sinistrum latus a superiori disjunctum in litera *n he*, coniunctum vero in litera *n cheth*, nunquam has literas confundet.

ז ain, & *נ noun finale*. Latus perpendiculare in una & altera litera ducitur a superiori; sed a medio superiore, aliquantulum inclinati in *z ain*; & ab ejusdem extremitate dextera, nec sistens in scripturæ linea, sed ulterius deorsum descendens, in *n noun finali*.

ו iod, & *ו uau*. Parum aut nihil inter se cohærent literæ istæ. *Iod* ad instar virgulæ, a summo usque ad diuidium lineæ descendit; *uau* vero a dextera extremitate superioris lateris dicit latus perpendiculare usque ad lineam scriptam.

ם mem, & *ס samech*. Literæ istæ per id inter se differunt, quod *s samech* ad aliqualem rotunditatem dextrum inclinet latus, præcipue circa partem inferiorem; minime vero litera *m mem*.

ׁ y ain, & *ׁ tzad finale*. Discriben intuentibus offeratur tam in latere dextro, quam in sinistro. Latus dextrum descendens versus sinistram plagam, concurrensque cum latere sinistro, perficit literam *y ain*; ex opposito contingit in *ׁ tzad*, in quo sinistrum latus, perpendiculariter descendens, concurrit cum latere dextro, oblique vergente versus plagam sinistram.

Tæbella literarum similiūm.

ב Beth.	ד Daleth.	מ Mem.
כ Kaph.	ך Resch.	ם Mem.
ג Gimel.	ק Kaph fin.	ס Samech.
נ Noun.	ו Uau.	
ה He.	ז Zain.	
ח Cheth.	ׁ Noun fin.	
ת Thau.		

§. II.

De divisione literarum.

S Ua non destituitur utilitate literarum divisio , quæ in usu est apud Hebræos. Organi respectu , quod præcipue motionibus inservit , solent dispertiri. Hinc , aliæ dicuntur *guturis* ; aliæ *linguae* ; aliæ *palati* ; aliæ *dentium* ; *labiorum* aliæ. Literis istis illud inest proprium , quod transmutationem inducit inter literas homogenias , sive ejusdem organi ; ratione cuius una sæpe numero loco alterius venit , ut *w* pro *v* ; *v* pro *n* .

2. Inter literas istas prius considerari merentur illæ , quæ cum guturis hiatu eformantur , guturales nuncupantur. Quatuor computantur ; videlicet א aleph ; ה He ; ח Cheth ; ז ain. Arduæ admodum sunt motionis ; quædam

dam lenius, quædam asperius sonant. Spiritus valde tenuis excitatur per **א**; aliquantulum asper per **נ**; paulo asperior per **ר**; & asperrimus per **י**; veluti si spiritus circa guturis initium excitetur pro **א**; circa medium guturis pro **ר**; circa fundum œsophagi pro **נ**; ac agentibus pulmonibus pro **י**. Homo plus minusve fatigatus spiritum prædictarum literarum proprium excitabit. Propter arduam, quam literæ istæ secum ferunt, inflexionem, a seipsis expungunt & *dagesch*, & *scheva*.

3. Literæ, quæ ad linguæ organum pertinent, in hac continentur dictione: **דָלְתָה** *datlanath*. Sunt equidem *daleth*, *teth*, *lamed*, *noun*, *thau*. Linguæ cuspidè fundum dentis percutiente, uniuscujusque ex istis literis formatur inflexio; cujus gratia, literæ dicuntur linguæ.

4. In hac vocula **גִּיקָּה** *gikaq* quatuor reperiuntur literæ, *gimel*, *iod*, *kaph*, & *qoph*, quæ cum linguæ apulso ad palatum sonent, literæ *palati* nuncupantur.

5. Item, vox isthæc **שִׁזְצָרָשֶׁב** *zistzerasch* quinque continet literas *zain*, *samech*, *tzad*, *resch*, *schin*. Ut istarum sonus, veluti sibilando, exterius profiliat, multum conducunt dentes; idcirco literæ dentium appellantur.

6. Tandem, literæ *beth*, *uau*, *mêm*, & *phe*, in hac voce **בּוּמָף** *boumaph* contentæ, labiales dicuntur, eo quod sine labiorum pressione formari nequeant. Coniunctio *uau*, quando aliquam ex labialibus præcedit, non solet *schævari*; sed pro (:) *schevate* recipit *schoureq*, quod vim vocalis longæ retinere non potest.

7. Ultra divisiones secundum organorum ordinem, solent etiam distribui in *mobiles*, *quiescentes*, *radicales*, & *servientes*. *Mobiles* illæ sunt, quæ & moventur, & agente locutionis organo, exterius sonant, quales sunt omnes sonantes, vel ut dicitur *consonæ*, exceptis *quiescentibus*. Literæ, quæ *quiescentes* dicuntur, sunt quatuor, videlicet **א aleph**, **ה he**, **ו uau**, **ו iod**; quæ in hac continentur voce **אֵהַבְּ** *ebeui*. Dicuntur *quiescentes*, quia

quia dum quiescunt, nullibi sonant, nec illarum, ac si penitus abiissent, ulla inter inflectendum sit mentio. Literæ ו & ה fere semper ubique quiescunt. Reliquæ duæ ו uau, & י iod aliquando moventur, quiescunt aliquando. *Vid. P. 4. Cap. I. §. 2.*

Litera ו uau perpetuo quiescit, si afficiatur aut *schoureq* ut בְּ bou, aut *cholem* ut בּó bó; in quibus vocalis literæ ו uau, ac si penitus abesset, nulla mentio, nullus excitatur sonus. Cum cæteris vocalibus movetur adinstar ו vocalis, ut בְּשָׁבֵח huascheb habitari; & eodem fere modo cum cæteris vocalibus, inspecta semper cuiusque vocalis indole. Quando litera ו uau dictionem terminat, clauditque, quandam diphongum format cum præcedenti vocali, si hæc fuerit (-) () () aut (), hoc est *qametz*, *phathach*, *tzere*, aut *chireq*. En exempla דְּבָרָיו debarau verba ejus; פִּי piu os ejus; וְ qau linea; שְׁלֵי schaleu quietus. In quibus, ut visitur, litera ו uau diphongum format cum præcedenti vocali. *Vid. P. 4. Cap. I. §. 2.*

Litera י iod, si illam præcedat () () aut (.), nulum ex se emitit sonum, sed perpetuo quiescit, ut דְּבָרִי libre verba; דְּבָרִי debari verbum mei; דְּבָרִיךְם dibrehem verba illorum; דְּבָרִיךְ debareba verba ejus. Quibus in exemplis litera י iod quacunque spoliatur motione, propterea quod aliqua præcedat ex prædictis vocalibus. *Vid. P. 4. Cap. I. §. 2.* Cum quacunqua alia ex cæteris vocalibus movetur, iod adinstar i latini, ut יִמְסַד iimfor tradet ille; יִמְסַר iemaser tradet ille; יִמְסַר iamsir tradere faciet; יִמְסַר iomsar tradi factus erit; יְשַׁב iouschab sedere factus est; יְשַׁב iuschab constitutus est; בֵּית baith domus. Quibus in exemplis movetur iod adinstar i vocalis. Quando sub iod reperitur (), constituit vocalem i sed correptam; si vero () præcedat literam iod, tunc eadem litera, & quiescit, & progingnit vocalem i sed productam.

Quando litera iod est ultima dictionis sonans, vel ut dicitur consona, si ipsam præcedat (-) () () aut

(*) cum iisdem coalescit in diptongos *ai*, *oi*, *ui*, ut
דְּבָרִי *debarai* verba mei; **אֲדֹנֵי** *adonai* Dominus; **גָּלַל** *gali*
revelatus est, **גֹּוי** *goy* gens. Quando ultima dictionis
fuerit litera **וּ** *uau*, ut adfixum tertiae personæ, tunc lite-
ra **וּ** *iod* præcedens ipsum **וּ** *uau*, in numero multitudi-
nis nominum, quiescit sub (*) literæ præcedentis, ut
דְּבָרַץ *debarau* verba illius. *Vid. P. 4. Cap. I. §. 2.*

Litera **אַ** & **וַ** fere semper quiescunt, ut **בָּרָא** *bara*; &
non *baraa*, *creavit*; **גָּלַהּ** *galah*, & non *galaba* *revela-*
vit; **צָמֵא** *tzamea*, & non *tzamea* *fitivit*. Si litera **וּ** in
sui ventre obtulerit punctum, quod mappik dicitur, tunc
moveri debet, ut **גָּבוֹהּ** *gaboah* & non *gaboh* altitudo;
דְּבָרָה & non *debarah* verbum ejus. Cætera,
quæ literas quiescentes spectant, *vid. P. 4. Cap. I. §. 2.*

8. Ultima tandem literarum divisio partitur in literas
radicales, & *servientes*. Radicales ad rei substantiam,
quæ *Radix* nuncupatur, pertinent, & nunquam ser-
viunt, nec servire possunt. *Servientes* vero, quando ra-
dicem non intrant, simpliciter serviunt, nec ad rei sub-
stantiam pertinent. Ex sonantibus undecim sunt *radica-
les*, quæ nunquam servire possunt; & totidem sunt *ser-
vientes*. Radicales in hac continentur sententia **תְּפִסְרָתָן** *tiphsar chag za*, *tzedeq Princeps tripudiavit*, contur-
bata est justitia; ubi literæ **ט**, **פ**, **ס**, **ר**, **נ**, **ג**, **ז**, **י**, **ע**, **צ**, **ת**, **פ**,
utpote *radicales*, adumbrantur. *Vid. infra defin. 4. 5. &*
P. 4. Cap. I. §. 1. per totum.

Sententia **מֹשֶׁה בְּתַבְּנֵי אֱלֹהִים** *Moscheh kathab elenou Moy-
ses scripsit ad nos, exhibet literas *servientes*; sunt equi-
dem **מ**, **ש**, **ח**, **כ**, **ת**, **ב**, **א**, **ל**, **י**, **נ**, **ג** Ad quid in-
servient litteræ istæ, *vid. P. 4. Cap. I. §. 2. per totum.**

C A P. II.

De vocalibus.

Literæ sonantes absque vocalium subsidio nullum per se queunt excitare sonum. Olim in Hebræorum Syllabo nullæ deprehendebantur vocales. Vocalum motio, ac sonantium inflexio a sola pendebat traditione. In pessum brevi abiret traditio ista, disperso populo, atque commisso cum cæteris orbis nationibus, nisi Sapientes Tyberiadis communi consilio vocales in Syllabum induxisserent; quarum inventu vetusta traditio a temporum injuriis servatur illæsa. Ne vero Sacro textui aliquid de novo videretur intrudi, quædam pro vocalibus confarcinarunt puncta, quæ jam supra, jam infra sonantes scripta, earundem vetustam servarent motionem. Unicuique puncto, pro suo genio, nomen imposuere. Itaque, apud Hebræos aliæ sunt vocales productæ, aliæ correptæ, & aliæ correptissimæ.

§. I.

De vocalibus productis.

Fig.	Nomina.	Potestas.	Motio.
ת	קָמֵץ	Qametz	א. crassum בּ ba
צ	צָרֵךְ	Tzeré ..	ב. apertum בּ be
ח	חִירֶק גָּדוֹל	Chireq gadol	כּ i. magnum בּ bi
ו	חֹלֵם	Cholem	וּ o. apertum בּ bó
שׁ	שָׁוֹרֶק	Schoureq	עַ u. vel ou בּ bu,vel bou

Obiter notabis, vocalem *Cholem* exprimi & cum *uau*, ei superimposito puncto, ut בּ bo, & *cholem plenum* dicitur; & absque *uau*, imposito puncto supra sonantem, ut בּ bo, & *cholem deficiens* nuncupatur. Si litera ו destituta sit puncto in cornu sinistro, tunc quod in dextro est, & literam ו ventitat per sch, & præcedentem sonantem, si vocali sit destituta, movere facit per *cholem deficiens*, ut בּ bosch erubescet. Punctum in cornu sinistro, si non sequatur vocalis, erit *cholem*, sub quo inflebitur litera ו, ut שׁ schor cane, שׁ sor dominare. Cætera, quæ concernunt *cholem tam deficiens*, quam *plenum*, vid. P. 4. Cap. 3. §. 5.

§. II.

De vocalibus correptis, & rapidissimis.

פָתָח	<i>Phathach</i>	a. apertum	בּ ba
סְגֹל	<i>Segol</i>	e.correptum	בּ be
חִירֵק קָטָן	<i>Chireq qaton</i>	i. parvum	בּ bi
קָמֵץ חֲתוּךְ	<i>Qametz chathuph</i>	o.correptum	בּ bó
קְבֻץ	<i>Qibutz</i>	u.correptum	בּ bu

Vocales rapidissimæ.

שְׁוִיָּה	<i>Scheva</i>	e.rapidum	בּ be
חַטֵּף פָתָח	<i>Chatheph phatha</i>	á.rapidum	בּ ba
חַטֵּף סְגֹל	<i>Chatheph segol</i>	e.rapidum	בּ be
חַטֵּף קָמֵץ חֲתוּךְ	<i>Chatheph qametz chathuph</i>	o.rapidum	בּ bo

Vocales istæ ideo rapidissimæ dicuntur, quia perniciissimo organi pulsu vix sonare percipiuntur, veluti cum dico *transeō*, ubi litera n rapido organi motu vibrata,

fo-

sonare constringitur ad instar *schevatis* Hebræorum. Ex his vocalibus una solum est (:) *scheva* simplex; cæteræ dicuntur *schœvata* composita, quia componuntur ex *schevate* simplici, & vocali brevi. Hæc *schœvata* composita introducta fuerunt in beneficium guturalium, quæ cum a se expungant *scheva* simplex ob arduam sui motionem, loco ipsius recipiunt *scheva* compositum. Cætera huc spectantia, vid. P. 4. Cap. 3. §. 2. n. 6. & §. 3.

2. Hebræorum (:) *scheva* simplex non semper movetur, sed quiescit aliquando, diciturque *mutum*. Dum movetur, sonantem, cui subscriptitur, ad sequentem vocalem defert; nobisque suppeditat Syllabæ initium, ut פּוֹקְדִים *pho-qedim*, & non *phoq-dim* visitantes. Quando quiescit, & Syllabam claudit, & sonantem retrahit ad præcedentem vocalem, ut פּהָגָדְתָה *phagad-thah*, & non *phaqa-detrah* visitasti. Quæ huc desiderantur, vid. P. 4. Cap. 3. §. 2.

3. Movetur (:) *scheva* simplex, & quidem rapido, in principio dictionis; in medio etiam movetur, si præcedat aliud (:) *scheva*; vel substernetur literæ *dageschatæ*. Si initio dictionis *scheva* (:) simplex concurrat cum alio (:) *schevate*, quod prius est vertitur in () *chireq* propter concursum alterius; ut בְּרֵי דְבָרִי *verbæ*. Si initialis litera fuerit aliqua ex guturalibus, pro (:) *schevate* simplici recipiet (--) *chatheph phathach* loco () *chireq*, ut חַפְצִיָּהּ בְּרֵי pro חַפְצִיָּהּ בְּרֵי vel potius pro חַפְצִיָּהּ בְּרֵי voluntates illorum. Quia guturales a se expungunt (:) *scheva* simplex, loco ipsius recipiunt aliquod ex *schevatibus* compositis, qualia sunt *chatheph-phathach*, *chatheph-segol*, *chatheph-qametz-chatbuph*. Vid. P. 4. Cap. 3. §. 3.

4. Præterire hîc non possumus, singulas vocales, quæcumque ipsæ sint, non intra textum, sed infra sonantes sedem occupare debere. Unum *cholem*, & unum *schoureq* ab hac regula declinat. *Cholem*, sive plenum ipsum sit, sive deficiens, ubique superimponitur literæ; *schoureq* vero secum semper trahit literam; *uau*, in cuius ventre imprimitur.

5. Quia

5. Quia *qametz-chathuph* jam hanc () ostendit faciem, jam hanc (:), quantum ad istos aspectus confunditur & cum () *qametz* magno, & cum (:) *chatheph-qametz-chathuph*. Confusio ista penitus dissipatur, serio perpensa sequenti litera. Si post () sequatur (:) *scheva*; vel hæc forma (:) aut (:-); vel accentus *makaph*, vel litera *dageschata*, lege o correptum, & non a productum. Est equidem *qametz-chathuph*, & non *qametz magnum*.

Si post hanc formam (:) sequatur (:) *scheva*, vel *dagesch alperum*, erit etiam o correptum, id est *qametz-chathuph*, & non *chatheph-qametz-chathuph*. Quando hæc forma (:) reperitur sub litera guturali, nec sequitur *dagesch* forte, nec aliquod ex *schevatibus*, absque errandi periculo lege o rapidissimum, & non o correptum; est equidem *chatheph-qametz-chathuph*, & non *qametz-chathuph*. Regula pro discrimine inter prædictas vocales ab eo derivatur, quod vocalis rapidissima nunquam post se deferat aut *dagesch* forte, aut (:) *scheva*. Idcirco, quotiescumque post (:) sequitur *dagesch*, aut (:) *scheva*, illud (:) erit o correptum, id est *qametz-chathuph*. Quæ huic desiderari possunt, uberius, prout opus fuerit, reperiri poterunt, P. 4. Cap. 3. §. 4. per totum.

C A P III.

De modo legendi apud Hebræos.

Vocales sive infra, sive supra sonantes inscribantur, nunquam sonantes ipsas præcedunt, sed inter inflectendum easdem subsequuntur, ut בָּא, & non *ab*; תְּזֵדֶק, & non *etzedq justitia*. Ab hac regula excipitur *phathach raphtum*, quod ante, & non post, וְ & י finales moveri debet, ut רֹאשׁ *rouach* & non *roucha spiritus*. Istud *phathach raphtum* est loco

(:)

(:) sc̄hevatis, quod sub singulis literis finalibus subintelligitur.

Artificium legendi apud Hæbræos in eo consistit, ut non a sinistra versus dexteram, sicut in usu est apud occidentales nationes, sed a dextra versus sinistram singulas cum suis vocalibus perstringat literas. Ex exemplum ex Cap. i. Genes.

&	cœlum	Deus	creavit in principio
ueeth	baschamaim	eth Elohim	bara bereschith
וְאַתָּה	הַשְׁמִינִים	אַתָּה אֱלֹהִים	בְּרָא בְּרָא
& vacitas	inanitas	erat	et terra terram
uabohou	thohou	haiethab	uebaaretz baaretz
וּבָהּ	תָּהֹא	חַיְתָה	וְחָרֶץ וְחָרֶץ :
Dei & spiritus	abyssi	facies	supra & tenebræ
Elohim uerouach	thehom	phene	al uechoscbek
אֱלֹהִים	וּרוּחַ	תָּהֹם	פְּנֵי עַל - עַל
			עֲדָשָׂךְ
	aquarum	facies	super movens se
	hamaim	phene	al meraschepheth
	הַמִּים :	פְּנֵי עַל - עַל	מְרֻחָתָךְ

In laudato Geneseos loco veluti in speculo depictum conspicitur, quomodo legendi ordo incipit ab extremitate lineæ, & procedens inverso ordine a dextra versus sinistram progreditur. Quicumque prædictum exemplum serio fuerit contemplatus animo, tuto spatiali poterit per Hebræorum campum.



C A P. IV.

Definitiones.

Quia in scribendi, & explicandi ordine multa obiter inserere opus est, quæ ut clarus, uberioriusque expendantur, nec concisa patitur methodus, nec aliquando suffert scribendi ratio, illorum omnium nativam in antecessum præmittere judicavimus notionem, ne linguæ Sanctæ studiosi plus justo primordialibus detineantur, obscuritatibusve implicentur. Itaque :

I. *Dagesch* est punctum, quod in literæ ventre imprimitur, ut ב. Duplicis est generis; aliud asperum, & aliud lene. Asperum omnibus literis imprimitur exceptis guturalibus, & ה resch. Lene vero tantum locum obtinet in literis פְּנִינָה, quas roborando, ab illis removet cujuscumque aspirationis umbram. Quælibet ex prædictis literis recipit *dagesch* lene in principio dictionis; necnon in medio, si præcedat (:) *scheva* quiescens.

Dagesch asperum literam, cui inscribitur, geminat, ut פְּנִינָה pro פְּנִינָה visitavit. 2.º Est signum literæ absentis, quæ ante ipsum *dagesch* immediate apparere debet, ut בְּנֵי מִבֵּת mibeth ab pro בְּנֵי מִן min beth ab de domo Patris. Præpositio בְּ dum sequenti dictioni בית conjungitur, suum deperdit, noun, quod suppletur per *dagesch* asperum impresum sequenti literæ ב. 3.º Consignat illas verborum voces, in quibus secunda radicallis *dageschatur*, quales sunt *Phiel*, *Phual*, & *Hithphael*, ut פְּנִינָה in *Phiel*, & חַתְפְּנָה in *Hithphael* visitavit. 4.º Vim habet demonstrandi; hoc est, denotat literam ה præcedentem esse demonstrativam, ut הִנֵּה ille filius. De utroque *dagesch* fusius agendum est, P. 4. Cap. 3. §. 6. fere per totum.

II. *Mappik*, cum punctum sit literæ ventri impresum,

sum , per id a *dagesch* secernitur , quod istud (guturalibus , & *resch* exceptis) singulis sonantibus locum obtineat ; non ita *mappik* , quod tantum imprimi potest in litera *מ* ; & quidem solum quando movetur , vel adfixum est tertiae personæ femineæ. Sunt qui suspicantur literam (י) *iod* aliquando *mappikari*. Controversiam non dirimimus. *Vid. P. 4. Cap. 3. §. 6.*

III. Accentus sunt quædam lineolæ , vel puncta , aut signa , quæ vocales , quas afficiunt , acuunt. Propria ipsorum sedes est infra , aut supra vocales ; ut *תְּפָאָqaqad visitavit* , ubi ultima vocalis (-) acuitur virtute accentus inferioris ; sicut penultima in *מְמִין aquæ*. Accentus alii dicuntur Tonici , sive Grammatici ; alii Euphonici , sive Rethorici. Tonici solum ultimam aut penultimam vocalem afficere possunt ; Euphonici vero singulas , excepta ultima. Accentus duo Tonici in eadem voce non bene connectuntur. Si duo in eadem voce aliquando reperiantur accentus , solum qui est ultimus , erit Tonicus , posterior vero Euphonicus. Quando accentus Tonicus ultimam afficit vocalem , vox illa dicitur *Milra* , sive acuta ; *Milel* vero , sive penacula , si accentus perculuerit penultimam vocalem. Accentuum formam *vid. P. 4. Cap. 4. §. 1. ¶ 2.*

Ex accentibus Tonicis hic solum consignamus *Silouq* (שׁ) ; *Athenach* (עׁ) ; *Rebbia* (בׁ) ; *Segoltha* (גׁ) ; *Sakeph-qaton* (קׁ) ; & *Sakeph-gadol* (גׂ) . Accentus isti paucantes dicuntur , quia , (ut dicitur) distinctioni inseruiunt membrorum. Illorum primus *Silouq* (שׁ) est quædam lineola perpendicularis infra lineam. Secum semper ad finem portat duo puncta , quæ *Soph-phasouq* , id est *versus conclusio* , dicitur , quia sententiam claudit. Idcirco æquivalet puncto apud latinos.

Secundus (עׁ) *Athenach* nominatur. Äquivalet duobus punctis. Tertius (בׁ) *Rebbia* dicitur. Est punctum literæ superimpositum. Discriminatur a vocali *Cholem* , quia ista ad latus ; *Rebbia* vero in medio literæ , vel ad dextrum ejus latus inscribitur. Ejus potestas in di-

videndo periodos est punctum cum commate. Quartus (ַ) *Segoltha*. Inversum *Segol* supra literam ejus commendat effigiem. Quintus (ָ) *Saqeph-qaton*. Est (:) *Scheva*, sed literæ incumbens. Sextus (ֹ) *Saqeph-gadol*; quod supra literam inscribitur. Et quamvis duo sint puncta adinstar *Schevatis*; adtamen ad latus sinistrum semper secum portat lineolam quandam perpendiculararem. Potestas trium accentuum posteriorum æquiparatur jam commati, jam puncto & commati. Quoad hæc accentuum munera, vid. P. 4. Cap. 4. §. 1. & 2. Aliud istorum accentuum officium est producere præcedentes vocales correptas, de qua re, vid. P. 4. Cap. 7 §. 1.

Ex accentibus Euphoniciis duo nobis occurunt *Metheg* scilicet, & *Makkaph*. *Metheg* (ַ) est linea infra literam adinstar accentus *Silouq*, a quo secernitur per locum quem occupat. *Silouq* solum ferit ultimam, aut penultimam vocalem. *Metheg* vero quamcumque aliam, excepta ultima, ut בִּתְהָבָת fuit illa. Inservit accentus iste motioni, ut evadat jucundior; vid. P. 4. Cap. 4. §. 3.

Makkaph (si fortasse accentus est) est lineola orizontalis, quæ voces duas ita conjungit, ut veluti in unam coalescant. Sit in exemplum בְּלִיְמֵי kolieme, & non kol-iemè omnes dies. Accentus iste corripit vocales productas, quæ ipsum præcedunt, ut בְּלִיְמֵי kolième, & non kalieme. Cætera, quæ duos istos concernunt accentus, vid. P. 4. Cap. 4. §. 3.

IV. Literæ radicales illæ sunt, quæ radicem, sive substantiam cuiuscumque vocabuli constituunt. Apud Hebræos nullum vocabulum (quoad substantiam) perficitur, nisi per tres literas, quæ radicales nuncupantur; ipsumque vocabulum, eisdem tantum literis constans, *Radix* dicitur. Lexica solum nobis obtrudunt literas *radicales*, sive *radicem* ipsam, ex qua derivata profluunt. Unde, sine prævia *radicalium* cuiusque vocabuli notione, incalsum quis adiret lexica. Radicales sunt numero undecim, videlicet ג, ת, י, נ, ט, ס, ע, נ, צ, ו, פ. Literæ istæ ubicumque comparuerint, re-

tinendæ sunt tamquam vere radicales. Nunquam enim servire possunt. Reliqua huc spectantia vid. P. 4. Cap. I. §. 1. & 2.

V. Literæ servientes, quia sæpenumero ad ornatum, aut ad formanda nomina, genera, numeros, personas, voces, & tempora inserviunt, rei substantiam non attingunt, nec radicem constituunt. Sunt itidem numero undecim, videlicet א, ב, ה, ו, י, ל, מ, כ, נ, ש, ת. Etsi literæ istæ servientes sint, adtamen nimis frequenter radicant, radicemque ipsam complent, ac perficiunt. Omni dexteritate opus est, serio investigare quando *radicem* intrent, quandove sint pure servientes. Si solum servierint, amandari debent, ut in lexicis *radicem* detegamus. Sit in exemplum חַפְּצָתֶם *inspicere fecistis*. Abire jussis servientibus a fine ס, & ת, ut pote adformantibus secundæ personæ multitudinis, & a principio litera ת, quæ consignat vocem *Hiphil*, superfunt רְקִפָּה, quæ *radicem* ipsam nobis suppeditant. Illis tantum retentis, cæteris vero exclusis, Lexica pro radice offerunt verbum רְקִפָּה *inspexit*, *visitavit*. Quæ hic desunt vid. P. 4. Cap. I. §. 1. & 2. & Cap. 2.

VI. *Voces segolatæ* sub dupli continentur genere. Aliæ *plene*, aliæ *semiplene segolatæ* dicuntur. Voces illæ, quæ sex dicuntur punctorum; quippe quæ tam ultimo, quam penultimo loco inscribunt (..), *plene segolatæ* nuncupantur, ac pertinent ad vocem *Milel*, sive penacutam, ut פָּקְדָּת *visitans illa*. Si vero (..) solum ultimo loco comparuerit, erit *semiplene segolata* vox illa, nec semper pertinebit ad vocem *Milra*, sive acutam. Voces illæ, quæ pro (..) assumunt (-) aut () inter *segolatas* computantur, ut בָּעֵל pro בָּעֵל *Dominus*; בָּתָּה pro בָּתָּה *domus*; פְּרִי pro פְּרִי *fructus*. Vid. P. 4. Cap. 5. §. 1. & 2. & Cap. 9. §. 4.

VII. Vocalis alia *producta*, alia *correpta*, & alia *rapidissima*. Vocalis *producta* in sui motione duo insumit tempora; *correpta* unum tantum; *rapidissima* uno integro non indiget tempore ut moveri possit.

VIII. Syllaba alia est *pura*, *mista* alia. Apud Hebræos per unicum tantum tempus nunquam *Syllaba* absolvitur. Unde vocalis correpta absque ulteriori subsilio naturam Syllabæ complere non potest. Syllaba *pura* erit, si duobus tantum temporibus perficiatur; *mista* vero, si pluribus constet temporibus. Vocalis producta, si absque ulteriori respectu, cum sua sonante conferatur ut *א*, erit Syllaba *pura*, ac *producta*, quia solum duobus perficitur temporibus. In Syllaba *mista* jam tria, jam quatuor, & aliquando quinque ingrediuntur tempora. Sit in exemplum *בָּרָם excelsus*. Est Syllaba *producta*, & simul *mista*, quippe quæ tria absolvit tempora. In vocali (-) cum sua sonante נ duo includuntur tempora; tertium relucet in litera ב, quæ sonat cum eodem (-). Si accentus eandem feriret vocalem, ut *בְּרָם*, quartum accederet tempus; adeoque quatuor temporibus perficeretur Syllaba illa. Si præter ista, adsit etiam litera quiescens, consurgit Syllaba quinque temporum, ut visitur in *בָּנָא caput*, ubi vocalis *cholem* cum sonante נ duo commendat tempora; cum quiescente נ tria; cum accentu quatuor; & cum ו finali sonante sub eadem vocali *cholem*, quinque tempora. Quæ hic de temporibus dicta sunt, non ita accipi debent, quasi tempora ipsa sint completa. Norunt omnes, sonantes illas, quæ in sui motione (:) aut implicitum, aut expressum includunt, non insumere tempus integrum. Quæ modo diximus de vocali producta, extendi debent ad vocalem correptam, ut ipsa ad naturam Syllabæ ascendere possit. Tandem: Syllabæ initium frequenter suppeditat (:) *scheva mobile*; & finem (:) *scheva quiescens*. Ubiunque reperiatur (:) *scheva mobile*, ibi agnosci debet Syllabæ initium; sicut ejusdem finis ubi (:) *scheva quiescens* locum obtainuerit. De cætero vid. P. 4. Cap. 3. §. 2.

IX. Particulæ aliæ dicuntur *adformantes*, *præformantes* aliæ. Adformantes sunt quædam literæ servientes, quæ post radicales accrescunt, ut forment nomi-

na , genera , numeros , ac verborum personas. Sic particula π_{τ} accedens post tertiam radicalem præteriti , progignit tertiam personam femineam ; η secundam masculineam ; η secundam femineam ; ν primam communis generis. Pro numero multitudinis particula ν progignit tertiam personam communem ; $\nu\eta$ secundam masculineam ; η secundam femineam ; ν primam communem. Particulæ π_{τ} , η , & ν formant secundas personas femineas tam imperativi , quam futuri , sed numero multitudinis. Easdem personas , sed numero singulare , progignit particula () Particulæ istæ adformantes disperciuntur in *Syllabicas* , & *Affyllabicas*. *Vid. P. 3. Cap. I. §. I.*

X. *Adformantes Syllabice* post ultimam radicalem Syllabam de novo adjiciunt ; ideoque semper accedunt ad Syllabam clausam per (:) *scheva* quiescens , ut $\pi\pi\pi\pi$ *visitavi* ; ubi particula π Syllabam de novo conficit post præcedentem π , completam per (:) *scheva* mutum. Ex quo fit , ut particulæ π , η , ν , $\pi\pi$, $\eta\eta$, & $\nu\nu$ sint particulæ Syllabicæ. Particula η etsi per se Syllabam non conficiat , adtamen , quia accedit ad Syllabam clausam per (:) *scheva* quiescens , consequitur proprietates particulæ Syllabicæ.

XI. *Adformantes affyllabice* , etsi ad Syllabam clausam accedant , adtamen , ultimam radicalem ad se attrahunt , ut cum ipsis in Syllabam coalescat. Tales sunt , quantum ad tertiam personam femineam præteriti π_{τ} , η_{τ} , ν_{τ} , ut $\pi\pi\pi\pi$, $\pi\pi\pi\pi$, $\pi\pi\pi\pi$ *visitavit illa*. Item : in tertia persona præteriti numeri multitudinis ; necnon in tertia & secunda masculineis ejusdem numeri tam in imperativo , quam in futuro , adformantes affyllabice sunt ν , η , π , ν_{τ} , & ν_{τ} , hoc est , *ou* , *uh* , *oun* , *un* , & *u* ; ut $\pi\pi\pi\pi$ $\pi\pi\pi\pi$ $\pi\pi\pi\pi$ *inspexerunt* ; $\pi\pi\pi\pi$ *inspicite* ; $\pi\pi\pi\pi$ *inspiciatis*. Particula () est illa affyllabica , quæ progignit secundam personam femineam singularem pro imperativo , & futuro , ut $\pi\pi\pi\pi$ *visita* , $\pi\pi\pi\pi$ *visitabis*.

XII. *Particulæ preformantes* illæ sunt , quæ dum ali-

aliquid formant, præcedunt radicales. Istarum munus, & officium est, nedum nomina componere; sed etiam designare diversas verborum voces, modos, tempora, genera, & participia. Sic, litera **ו** noun præposita radicalibus, & aliquot componit nomina; & voce *Niphal* in verbis designat; & in qualibet voce primam personam multitudinis in futuro. Litera **נ** voces *Hephil*, & *Hophal*; infinitum, imperativumque vocis *Niphal*; & aliquando nomina in nostri revocat memoriam. Particula **תְּ** sigillum est vocis *Hithphael*, & nominum, inde descendentium. Participiis vocis *Pheil*, & *Phual* præponitur litera **נ**; & particula **תַּ** participio *Hithphael*. Literæ **אֵתָן** & nomina componunt; & diversas verborum in futuris demonstrant personas. Præformantes istæ ratione munera, quod exercent, longo distant intervallo ab aliis, quæ *Præfixæ* nuncupantur.

XIII. *Præfixa* quædam dicuntur literæ, radicalibus præmissæ, cum quibus in unam vocem coalescunt; ut **לִי** *quod mihi*; ubi litera **ל**, avulsa a relativo **שֶׁ** *qui quæ quod*, & præposita dativo pronominis primæ personæ, conficit vocem **לִי שֶׁ** pro **לִי שֶׁ**. Et sic de aliis bene multis.

XIV. *Adfixa* sunt quædam particulæ a pronominiibus, quoad utrumque genus, & numerum, extractæ, quæ post radicales apponuntur tum verbis, cum nominibus, ad exprimenda possessiva *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*; ut **בְּרֹךְ** *verbum tui*; ubi **בְּ** est *adfixum secundæ personæ masculine*. Cætera, vid. P. 4. Cap. 5. §. 4.

XV. *Prosthesis*, *Epenthesis*, & *Paragoge*. Prostheticæ illæ nuncupantur literæ, quæ extra ordinem a principio accedunt. Epentheticæ vero, quæ in medio vocis sine sufficienti ratione ingeruntur. Ad *prosthesim* reducitur litera **ת** in vocabulo **מִתְּנִינָה** *catenæ*. Est nomen **מִתְּנִינָה**, cui ut præponatur litera **ת**, nulla occurrit ratio. *Epenthesis* relucet in voce **אֲנָזָק** *collum*, ubi litera **א** est *epenthetica*. Radix est **צָר** *obsedit*, *arctavit*. Item, litera **ת** est

est epenthetica in voce מִצְמָא mecum. Item , epenthetica est (י) in voce (Esr. 10. 16.) לְדַרְוֵשׁ ? pro לְדַרְוֵשׁ ? ad inquirendum. In bene multis Scripturæ locis reperitur Epentheticum jam אַ, jam הַ, jam יַ, jam וַ.

Paragogicæ literæ sunt הַ, אַ, וַ, וָ. Istæ literæ post radicales accrescunt, ut voces ornent, depulchrentque. Verbo: Literæ, quæ aliquando solent apparere, quin de ipsis aliqua ratio in Hebraicis Canonibus delitescat, proculdubio erunt, aut paragogicæ, aut epentheticæ, aut prostheticæ pro ratione sedis, quam occupaverint. *Vid. P. 4. Cap. I. §. 3.*

XVI. פְתִיבָה & קְרִיָה. Per *qeri* & *kethib* diversæ ejusdem textus insinuantur lectiones. *Qeri* idem est ac *lechto*, *kethib* vero idem ac *scriptio*. *Kethib* per signum quoddam intra textum designatur; *Qeri* vero per literam פ, vel aliam extra textum, ad marginem scilicet, vel infra paginam. *Lectio* per *Qeri* insinuata vocalibus destituitur; & sub illis vocalibus, quæ reperiuntur in *קְרִיָה* moveri debet. Exemplum: Genes. 24. 14. in textu reperitur פְתִיבָה, & infra paginam קְרִיָה En textus: הַנֶּעֶר; infra paginam הַכֹּעֶר, quod legendum est הַנֶּעֶר *pueLLa*. Variantium lectionum numerus adhuc non est accurate definitus. Arduum sane est definire, unde קְרִיָה dimanavit, & פְתִיבָה.

XVII. *Massora* a Rabinis quidam nuncupatur liber, qui doctrinam continet criticam circa Sacræ Scripturæ contextum. Dicitur liber iste *Massora* a verbo מסר tradidit, quasi sit traditio scriptis mandata circa doctrinam criticam. In hoc libro, ut ipsi aiunt, expenduntur versus, meditantur voces, examinantur litteræ, omnia, et si minima, ita rimantur, ut jure dici possit sepimentum legis, & inviolatae integritatis monumentum. Opiniantur & ipsi, librum istum fuisse conscriptum a *Masorethis*, qui cæteros Rabinos anteibant sapientia; quique & Sæculo VI. puncta pro vocalibus Tyberiade invexerunt.

XVIII. קְבָלָה Liber est alter, de quo commentantur

tur Rabini, in ipso contineri doctrinam a Maioribus ore tenus receptam. Derivatur nomen istud a verbo **לְקַבֵּל** *recepit*. Verba, literas cum sede quam occupant, vocales, puncta, accentus, imò & falacem Amanuensis manum, multiplici (& frequentius implicata) mystica significatione expendit liber iste, commendatque veluti totidem locupletata mysteriis a Moysè, & Prophetis ore, & non calamo edoctis. Quamplurimis scatet fabellis liber iste, quæ cum Rabinorum somniis sine injuria commutantur.

XIX. Quædam in sacro codice occurunt literæ maiusculæ, quædam inversæ, suspensæ quædam. Præcipiti Amanuensis agente manu, id primò actum suspicantur Sapientes. *Qabalista*, in eas postea intenden-tes animum, veluti mysteriis plenissimas, illas venerare cœperunt.

XX. In sacris literis apparet aliquando circulus o jam supra, jam intra textum. Literæ superimpositus est **כְּרִתִּיב** de quo supra. Intra textum vero dicitur **נָפֹס פְּחִזְקָה**, id est *cessatio*, sive *interruptio*. Videtur indicari per circulum istum sententiam quodammodo interrup-tam. In Massora 28 reperiuntur loca, quæ hoc circu-lo insigniuntur.

XXI. Passim in Scripturis occurunt divisiones quæ-dam, jam per **ו**, jam per **ו** designatas. In triplicata litera divisiones insinuantur maiores; & minores in sim-plici. Pro ratione literæ, quæ divisiones istas confignat, aliæ dicuntur *apertæ*, & aliæ *clausæ*. Istæ per literam **ו**; illæ vero per **ו** insinuantur. Apud Hebræos divisio-nes istæ dicuntur **פֶּרְשִׁיוֹת** *pheraschioth*, id est *expansiones* a verbo **שְׁפַרְךָ** *expandere*. Quæ incipiunt per literam **ו** di-cuntur **פֶּתְחָוֹת** **פֶּרְשִׁיוֹת** *pethouchoth pheraschioth* id est, *expansiones apertæ*, a verbo **פָתַח** *aperire*. Quæ vero per literam **ו**, appellari consuevere **סְתֻמָּוֹת** **פֶּרְשִׁיוֹת** id est, *expansiones clausæ*, *sigillatæ*, a verbo **סְתַמֵּךְ** *occlusit*, *si-gillavit*.

Pentateuchus in LIV. *Pharaschas* dividitur, quæ per

per Sabbata distributæ , ita populo exponebantur , ut singulis annis totus Pentateuchus absolveretur. *Pharæchæ* clausæ , ut quibusdam placet , solum per Sapientum manus evolvebantur. Unde , sectiones illæ , ut ipsi aiunt , indicabant , quæ populo , quæ ve solis Sapientibus permitti possent.

Fertur , lectionem istarum *Pharæcharum* , regnante Antiocho Epiphane , Judæis , miseram tunc vitam agentibus , fuisse interdictam. Ut hac super re aliquantulum solarentur , aliquas sententias ex Prophetarum libris consarcinarunt , quæ singulis Sabbatis possent in memoria revocare illa , quæ ex Pentateucho audire consueverant. Sententias istas appellabant *הַפְּרָרוֹת haphtaroth* id est *laxationes , emissiones , separaciones* a verbo *לִפְרָר laxavit , separavit*.

C A P. V.

De Pronomine , Demonstrativo , Relativo , & Interrogativo.

Pronomina , sicut apud Latinos , ita tria sunt apud Hebræos ; pronomen scilicet primæ , secundæ , ac tertiæ personæ quoad utrumque genus , ac numerum : *ego , tu , ille , nos , vos , illi*.

§. I.

Pronomen primæ personæ.

Pronomen primæ personæ est utriusque generis. Inflectitur per casus sequenti modo.

Nom.	אָנָּקִי	ani	, vel anoki	Ego
Gen.	שְׁלֵי	scheli		Mei
Dat.	לִי	li	.	Mibi
Acc.	אַוְתִּי	othi	.	Me
Abl.	מִפְנֵי מִנֵּי קְנֵי	mini	, meni, mimeni	A' me

Plurale.

Plurale

Nom.	נָחָנוּ אֲנָחָנוּ אָנוּ	anou, anachnou, nachnou	Nos
Gen.	שְׁלָנוּ . . .	schelanou	Nostrum vel nostri
Dat.	לָנוּ . . .	lanou	* * Nobis
Acc.	אֲוֹתָנוּ . . .	othanou	Nos
Abl.	מִפְנָנוּ vel מִמְנָנוּ	mimenou, mimenou	A'ab, ex, de nobis

Notabis obiter: pronomen primæ personæ pro singulari numero solum sub litera (י); & pro plurali sub particula נ delitescit. Literæ, quæ has præcedunt, aut sunt particulæ, aut præpositiones, quæ prædictos regunt casus. Ut pronomen istud munus peragat *adfixi*, si adfixum istud singulare sit, sola litera (י), quam aliquando præcedit ב *epentheticum*, accreuit post radicales; sicut particula נ, si adfixum sit numeri multitudinis, ut דְּבָרֵי verbum mei: דְּבָרֵנִי verbum nostri.

2. Pronomen secundæ personæ.

Pronomen istud secundæ personæ non utriusque est generis; sed pro quolibet genere diverse se gerit.

Genus masculine.

Nom.	אתָה	Athab . . .	Tu
Gen.	שְׁלַקְ	Schelka .	Tui
Dat.	לְךָ & לְכָה	Leka & lekah	Tibi
Acc.	אֶתְכָה & אֶתְךָ	Othka & othkab	Te
Abl.	מִפְתָּח	Mimka	A', ab, ex, de te

Plurale.

Nom.	אֶתְכֶם	Athem	Vos
Gen.	שְׁלַקְכֶם	Schelakem . . .	Vestrū, vel vestri
Dat.	לְכֶם	Lakem	Vobis
Acc.	אֶתְכֶם vel אֶתְנֶם	Ethkem, vel othkem	Vos
Abl.	מִפְתָּחֶם vel מִפְתָּחָם	Mikem, vel mimkem	A', ab, ex, de vobis

Pronomen feminineum.

Nom.	אַתְּ vel. אֲתִי	Ath , vel Athi	Tu
Gen.	שְׁלַקְ	Schelak	Tui
Dat.	לְךָ	Lak	Tibi
Acc.	אֶתְךָ	Othak	Te
Abl.	מִפְתָּחָךְ	Mimak .	A', ab , ex, de te

Plurale.

<i>Nom.</i>	אֶתְנָה	<i>Athen</i>	<i>Vos</i>
<i>Gen.</i>	שְׁלִכְנָה	<i>Schelaken</i>	<i>Vestrū, vel vestri</i>
<i>Dat.</i>	לְכָנָה	<i>Laken</i>	<i>Vobis</i>
<i>Acc.</i>	אַתְכָנָה vel אֶתְכָנָה	<i>Ethken, vel othken</i>	<i>Vos</i>
<i>Abl.</i>	מֵתְכָנָה vel מִתְכָנָה	<i>Miken, vel mimken</i>	<i>A', ab, ex, de vobis</i>

Nota: pro adfixo singulari istius pronominis masculine inservit particula תּ, id est, litera כ cum (־) in ventre. Pro adfixo vero multitudinis ejusdem pronominis usurpatur particula כם, ut דְבָרְךָם verbum tui; verbum vestri. Eadem litera כ cum (:) schevate in ventre utitur pro adfixo singulari pronominis feminei; & pro adfixo plurali ejusdem pronominis adest particula נּו ut דְבָרְכֻנוּ verbum tui; verbum vestri.

3. Pronomen tertiae personæ masculine.

<i>Nom.</i>	הֵוא	<i>Hou</i>	<i>Ille</i>
<i>Gen.</i>	שְׁלֹה	<i>Scheló</i>	<i>Illijs</i>
<i>Dat.</i>	לֹה	<i>Ló</i>	<i>Illi</i>
<i>Acc.</i>	אֹתוֹ	<i>Othó</i>	<i>Illum</i>
<i>Abl.</i>	מֵתֹהוּ, מִגְּתֹהוּ מִמְּנֹהוּ	<i>Mimeno, mirebau, minhou</i>	<i>A', ab, ex, de illo</i>

Plurale.

Nom.	הֵם	Hem	Illi
Gen.	שְׁלָהֵם	Schelahem	Illorum
Dat.	לָהֵם	Lahem	Illis
Acc.	אֶתְהֵם אוֹתְהֵם	Otham, vel othbem	Illos
Abl.	מִהֵּם	Mehem	A, ab, ex, de illis

Pronomen tertiae personae feminineæ.

Nom.	הִיא	Hi, vel Hiu	Illa
Gen.	שְׁלָהֵה	Schelah	Illius
Dat.	לָהֵה	Lab	Illi
Acc.	אֶתְהֵה	Othab	Illam
Abl.	מִמְּנָה	Mimenah	A, ab, ex, de illa

Plurale.

Nom.	הֵן	Hen	Illæ
Gen.	שְׁלָהֵן	Schelahen	Illarum
Dat.	לָהֵן	Laben	Illis
Acc.	אֶתְהֵן אוֹתְהֵן	Ethhen, otnah, othan	Illas
Abl.	מִהֵּן	Meben	A, ab, ex, de illis

Nota : Pro adfixo singulari pronominis masculinei tertiae personæ inserviunt particulæ (וְ) (הִ) & (הַ); pro adfixo vero plurali (הֵם) (הֵם) & (מֵ), ut **דְּבָרָו** verbum ejus; **מִקְנֶזֶת** possessio ejus; **סְכָה** tabernaculum ejus; **דְּבָרָם** verbum illorum; **דְּבָרָתָם** verba illorum.

Pronomen feminineum tertiae personæ pro adfixo singulari offert particulæ (וְ), (הִ), & (הַ); & pro adfixo plurali particulæ (וְ), (הֵם) & (וְ); ut **דְּבָרָה** verbum ejus; **דְּבָרָן** verbum illarum; **דְּבָרִתָּן** verba illarum.

§. II.

De Demonstrativo.

DRonomina demonstrativa, quæ in usu sunt apud Hebræos, sunt sequentia: **זה** zeb, hic, iste: **זוֹ** zow & **זוּ** zò hic, iste, hæc, ista: **זאת** zoth hæc, ista: **אֵל** el, **אֵלֶּה** eleh bi, hæ, illi, illæ.

Demonstrativum **זה** zeb hic, iste, est utriusque numeri, sed generis tantum masculinei. Eidem interdum præponitur articulus **ה**, ut **הַזֶּה** hic iste. Epenteticum **ה** solet quandoque recipere, ut **הַלֵּה**. Abeunte, ut fieri solet, per apocopen **ה** finali, restat **הַלְׁז** halaz hic iste. Si etiam recedat articulus **ה**, remanet **לוּז** laz hic iste.

Demonstrativa **זוֹ** zow, & **זאת** zoth, etsi generis femininei sint, pro utroque tamen inserviunt numero.

Denique, demonstrativa **אֵל** el, **אֵלֶּה** eleh unum quidem, & alterum comprehendunt genus; sed solum nobis offerunt numerum multitudinis, bi, hæ, illi, illæ.

§. III.

De Relativo.

Tum solum apud Hebræos Relativum reperitur. En ipsum **אשר** ascher, qui, quæ, quod. Inservit pro singulis generibus, numeris, & casibus. Non semel

mel usurpatur pro adverbiiis *quod*, *cum*, *quia*, *quando*.

Si per apheresim discedat litera initialis *א*, & per apocopen removeatur finalis *ה resch*, superstes tantum erit litera media *ו*. Ita cæteris אֲשֶׁר spoliatum literis, media *ו*, quæ remanet, adhuc retinet Relativi naturam. Sub hoc aspectu semper conjungitur voci, quamcum in unum coalescit; diciturque *Relativum conjunctum*. Hujus rei exemplum extat *Cant.* i. 6. בְּרִמֵּי שָׁלֵי karmi scheli vinea mea, quæ mibi. Illud *ו*, quod conspicitur in voce יְלֹעַ, est relatum אֲשֶׁר. Ejus motio, quantumus *relativum*, est () cum *dagesch* impresso sequenti literæ. Quod si contingat abesse, non propterea compensatur. Pro () recipit aliquando (-), ut *Jud. 5. 7.* עַד שְׁקָמָתִי usquequo surrexi; שְׁלָמָה quia ad quid? Item, *Ecccl. 2. 22.* pro () adest (:), ut עַבְלָשָׁה אֲשֶׁר quo ipse laborat. Et *Judic. 6. 17.* pro () inscribitur (), ut שְׁאַתָּה qui tu.

§. IV.

De Interrogativo.

INterrogativum aliud est personæ, & aliud rei. Personis pro utroque genere, & numero adaptatur interrogativum וְquis? rei vero מַה קָּה מַה quid? Pro interrogativo personæ exemplum sit מַי אַתָּה בְּנֵי quis tu fili mi? מַי אַתָּה בְּנֵי quæ tu filia mea? Interrogativum istud rem interdum respicit ut *Genes. 33. 8.* - מַי לְךָ כָּל - הַמְּהֻנָּה הַהִיא quæ tibi tota acies hæc? *Judic. 9. 28.* מַי שְׁכֵם quæ est sicheim. Si interrogativum præcedat nomen substantivum, vel literam ה, inspirat possessionem, adeoque per casum gignendi verti debet: ut *Genes. 32. 18.* לְמַי אַתָּה וְלְמַי אֱלֹהָה לְפִנֵּיךְ cuius tu? Et cuius sunt ista, quæ video ante te?

Interrogativa מַה מַה rebus deputantur. Utrumque genus comprehendunt, & numerum, ut תְּאַרוֹן genus comprehendunt, & numerum, ut *quæ est forma ejus?* מַה quid est homo? Quanvis in-

interrogativum **מִה** sequenti literæ soleat *dagesch* imprimere, istud adtamen non suppletur, si quando inde abfuerit.

Et rei, & personæ interrogativa a se interrogacionem amendant, si sedem in sententiæ medio occupaverint, ut **אָסְפָּמָן יְתִי אֶלְלִי** & *nescivit*, quis congregans illa: vel & *nescivit cui congregans*, (aut *cui congregabo*) illa.

Denique, si post interrogativum sequatur relativum **שׁ**, deperdita penitus interrogandi vi, aptissime redditur per id, ut **מֵהַ שְׁחִיתָה הוּא** *id quod fuit, ipsum est id quod erit.*



C A P. VI.

De Nominе.

Nomen apud Hebræos non est alterius naturæ atque apud cæteras orbis nationes. Aliud est substantivum, adjectivum aliud. Illud in oratione per se subsistit absque alicujus dependentia; quippe quod rei substantiam, prout in se est, concernit. Non ita *adjectivum*, cui proprium est non substantiam, sed qualitatem, eidem inhærentem, ostendere. Lapis, Spiritus, Angelus, quia substantiam exprimunt, non formam, non qualitatem inhærentem, substantiva sunt. Justus, Sapiens, in quibus Subiectum justitia, & sapientia informatum apparet, *Adjectiva* sunt. Apud Hebræos dicuntur Substantiva *nomina rei* **תְּרֵבָה מֵשׁ**; adjectiva vero *nomina formæ* **שְׁמַתָּר**. Nimis frequenter adjectiva pro substantivis; substantiva pro adjectivis; concreta pro abstractis; abstracta pro concretis in usu sunt apud Hebræos. Sic equidem, **טוֹב** jam idem est ac *bonitas*; jam idem ac *bonum i*; jam idem ac *bonus, a, um*.